



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 22. 23.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Cum veritate etiam pugnat. Ait enim: Certitudo salutis pender à fide promissionum diuinarum. Ita vero? Quæ sunt illæ promissiones? Astimus, quibus salutem credentibus Deus pollicetur. Quid illa fides? Astimus illi. Certam fiduciam vitæ æternæ. Illa igitur certitudo, quæ se quispiam electum esse statuit, est fides promissionum. Fides ergo promissionum pender à fide promissionum. Vnde admirabiliter eadem res pender à semetipsa. Et Calvinianus de electione certus est, quia certus est. At profecto aliud Christus indicauit, dum comminatur exitum æternum, nisi eorum iustitia sit abundantior, quam scribarum & Phariseorum.

Atque hoc argumentum ex Piscatore Calviniano confirmatur. [Loquitur, inquit, hic Dominus proprie de iustitiâ inherente, quæ consistit in bonis operibus: ut patet cum ex collatione, cum iustitiâ Phariseorum, cum ex sequente declaratione præceptorum Decalogi. Quare non putandum, hic haberi sermonem de iustitiâ imputatâ, quæ consistit in iudicio Dei.]

Et deinde in obseruatione; [Etsi nemo per iustitiam inherentem siue per bona opera mereri potest vitam æternam: tamen illam nemo consequetur, nisi qui vero illius iustitiæ, & quidem veræ, studio fuerit præditus. Vera autem iustitiâ inherens est, quæ conformis est Legi Deitæ intellectæ, ac proinde quæ non est contenta operibus externis, sed itudet puritatem internam, ut scilicet corpus sit à prauis concupiscentiis, & contra imbutum sine dilacone Dei & proximi: sicut colligitur ex declaratione præceptorum decalogi, quam hoc loco Christus tradit.]

Vbi omnia effugia excludit, cum ait: Neminem cõsecutur vitam æternam, nisi veræ iustitiæ studio fuerit præditus. Ex quo consequitur, non posse esse in quopiam certitudinem electionis, nisi in quo certitudo illius studii fuerit, sed cum inter multos, & horribiles lapsus, hoc studium elanguerit, cum omnia futura in incerto sint; non potest quisquam sine reuelatione Dei constituere, se habere semperque habiturum studium seruandorum Dei mandatorum. Quod in altero Calviniano, & latrone dum cupiditate inflammatus agit, intelligi non potest, nec dum esse.

Claudam insigni sententia D. Augustini, qui iustitiam Phariseorum à nostra magno intervallo distendit. lib. de fide & operibus c. 26. Qui enim dixit: nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum cælorum: ipse etiam dixit, Nisi abundauerit iustitiâ vestra super scribarum & Phariseorum, non intrabit in regnum cælorum. De illis quippe ait: Scribæ & Pharisei super cathedram Moysi sedent: quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim, & non faciunt. Ergo iustitiâ eorum est dicere, & non facere, non facere: ac per hoc nostram esse voluit abundantem super non facere, illorum, dicere & facere.

Quin & in eundem sensum Bullingerus, nondum omnes nequitias sinus atresq; edoctus. [Simul autem per fidem datur nobis Spiritus Christi quo regeneramur. Regenerati vero operantur opera filiorum Dei, ambulantes in caritate, quæ Legis est perfectio: non iâ foris & externe simulantes religionem, nam quæ faciunt, ex animo faciunt, & sciunt Deum ipsum cor, spiritum, & intima hominis requirere. Ergo ex animo Deo seruiunt. Et talis quid est iustitiâ Christianorū.]

Quid vero alia querimus, ipsæ nostræ interpretationis litem diuidat Augustinus l. de Baptismo cap. 21. contra Donatistas. Sicut autē bono catechumeno baptizatus desit ad capeendum regnum cælorum sic male baptizato verò converso. Qui enim dixit, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum cælorum: ipse etiam dixit, Nisi abundauerit iustitiâ vestra plus quam scribarum & Phariseorum, non intrabit in regnum cælorum. Namq; ne securus esset iustitiâ catechumeni, dictum est, Nisi quis renatus fuerit ex a-

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

qua & Spiritu, non intrabit in regnum cælorum. Rursum ne percipio baptismo securus esset iniquitas baptizatorum, dictum est, Nisi abundauerit iustitiâ vestra plus quam scribæ, um & Phariseorum, non intrabit in regnum cælorum. Alterum sine altero parum est, vtrumq; perficit illius possessioni heredem. Sine iustitiâ ergo non est salus, multo minus certitudo salutis.

VERSVS 22.23.

Audistis, quia dictum est antiquis, non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis; quia qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.

QUESTIO I.

Quam ira hoc loco prohibeatur?

§. 1. IN Græcis plerisque est: qui irascitur temere irascitur, sine causa. quod etiam Syrus interprese. mere. tinuit; nempe *ἡ ἡσυχία* apud Chrysostomum legitur, & Augustinum in Sermon. de hisce verbis. Hieronymus tamen negat in melioribus libris haberi. Atque ita S. Augustinus l. 1. retract. c. 19. Illud etiam melius intelleximus postea, quod scriptum est, Qui irascitur fratri suo. Cõdices enim Græci non habent sine causa, sicut hic positum est: quamuis idem ipse sit sensus. Illud enim diximus intuentum, quid sit irasci fratri suo, quoniam non fratri irascitur qui peccato fratri irascitur. Qui ergo fratri, non peccato irascitur sine causa irascitur.

Negat ergo in Græcorum libris haberi, vti & Hieronymus. De sensu tamen conueniunt. Itaque probandi non sunt nouatores, qui suis libris allinunt, ut Chytræus, Beza, Piscator alii. Neque enim vetustiora, neq; meliora exempla habuerunt, quam Hieronymus, & Augustinus. Facile autem ex glossa marginali in textum irrepere potuit.

§. 2. Non tollitur omnis ira, sed ut ait D. Chrysostomus, intempestiua. Neque enim ira, aut aliæ passionēs, ut stoici docent, malæ sunt. Est ut cõdum, ita & ira quædam perfecta, Psal. 138. Perfecto odio oderam eos. Deo ira sæpe tribuitur, & Christus circumspexit iratus. Itaque ira illa qua Dei zelo, & iustitiæ causa irascimur, quaq; vitia nō homines odimus, nō prohibetur. Sed cupiditas iniqua vindictæ, alienatioq; à persona: *ira venialis*.

§. 3. Duplex autem ira potest hoc loco intelligi, le peccatū Venialis & mortalis. Multi mortalem interpretantur. & aliquā Multi Venialem, idque auctore S. Chrysostomo, de mortali Hanc interpretationem Bellarminus sequi ut l. i. de amissione gratiæ & statu peccati. Quod attinet ad primū, Triplex in Matthæi quinto sic legimus: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio; qui dixerit raca, reus erit concilio; qui dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Hoc loco non respicit Dominus prædestinationem, neq; discutit, quid possit, aut velit diuina misericordia; Sed res ipsas diiudicat, & peccatorum mensuram. Facit autem tres gradus iracundia, primum eius, quæ in leui est, ut in vocem nullam erumpat: Alterum eius, quæ paulo grauior est, non tamen peruenit vsq; ad apertum conuiuium: Tertium eius, quæ grauior est, & manifestum conuiuium patit. Quamuis enim possit interdum iracundia interior esse grauior, & tamen dissimulari exterius: nihilominus ordinariæ, quo est maior, eo se magis prædit, & ideo Dominus leuissimam iracundiam vocat eam, quæ non manifestatur vilo signo exteriori.

Huic interpretationi se Pareus opposuit l. c. 28. Concedit veniale non dicere pæd. st nationis, sed relatione ad misericordiam Dei, ad Bellarmini verba sic respondet:

[Nec relatione ad misericordiam Dei: Hoc blasphemum est, quia tollit misericordiam Dei, ab eis quæ non tollit.]

Peccatū „ ne cœli quidem, vel Angeli satis mundi: nedum ho-
veniale „ minis peccatum veniale. Misericordia Domini quod
vnde esse „ non consumit sumus: exclamat Propheta: Extra mi-
negent. „ sericordias igitur, quid nisi consumitio, peccatum cō-
sumens? Pergit: nec relatione ad statum renatorum:
Et hoc falsum: extra regenerationem enim nulla fi-
des. Sine fide quicquid fit, peccatum est, mortale est.
Nihil igitur veniale extra statum renatorum. sine fide
impossibile placere Deo. Ergo sine fide impossibile
est, peccatum veniam consecui. Probationem polli-
cetur Primum ex Scripturis. Tum ex definitionibus
Ecclesiasticis. Deinde ex doctrina Patrum. Postremo
ex ratione:

Enthymema igitur Parei hoc modo conficitur. Si
peccata essent venialia sine relatione ad misericordiam Dei,
Deus non esset misericors. Secundo. Sine misericordia Dei
nec cœli, nec Angeli satis mundi sunt, ergo nullum peccatum ho-
minum est sine relatione ad misericordiam Dei veniale.

Veniale „ Responso opus non est alia, quam negatione
peccatum „ consequentia; nam se quentibus satis probat Bellar-
est sine re- „ minus natura sua esse venialia. Deinde quomodo Dei
spectu mi- „ misericordia tolleretur, si quædam natura sua absq; ea
sericordia. „ essent venialia? An non manet diuinæ misericordiæ
ingens ignoscendi materies, cumulus maximus, quæ
indies committuntur mortalium? Tertio, Non agno-
scis misericordiam præferuantem à Mortalibus & ven-
ialibus? Quarto, An non ipsis venialibus natura sua
elucet misericordia condonantis, etsi enim natura sua
venialia sunt, vt penam æternam non mereantur, si-
ne misericordia tamen nō remittuntur, cœlestis enim
pater non modo cum enormium delictorum æterna
supplicia condonat, verum etiam cum minusculis fi-
liorum erratis clementer indulget, misericors est.

At absq; misericordia Dei, nec cœli, nec Angeli
mundi sunt.

An hinc sequitur nullum hominum peccatum esse
naturā veniale? Quid cœlorum & Angelorum macu-
la; ad hominum peccata vel venialia, vel Mortalia?

Angeli „ An hoc vis dicere, cœlorum & angelorum omnia pec-
quomodo „ cata sunt mortalia. (nam cœlorum nulla sunt peccata)
non mun- „ an ideo non possunt hominum esse aliqua venialia?
di coram „ Sed non loquitur de peccatis demonum Scriptura;
Deo? „ sed Angelos negat esse mundos in cōspectu eius, An-
gelos, inquam Sanctos. An ergo Angeli peccata habēt
mortalia, ne miseris hominibus vllum sit veniale? An
dicemus beatorum Angelorum peccata secundum
iustitiam mortalia; Secundum misericordiam venia-
lia? Alia in his connexio fingi non potest. Quæ igitur
mens Scripturæ est? Nullam vel cœlorum, vel Ange-
lorum esse mundiciem, si ad immensam purissimæ
diuinæ puritatem cōferatur, multo minus huma-
næ naturæ, etiam in primæ iustitiæ innocentia de-
gentis, nec tamen cœli, Angeli, primi parentes, ege-
bant misericordia peccata non imputante. Itaque illa
dicuntur non munda, vt dicuntur non esse. Ad id e-
nim collata, quod est ens per essentiam, ens in finitæ
perfectionis, sunt omnia, quasi non sint: & omnia,
mundissima, quasi non munda, nec tamen ideo natu-
rarum istarum impundicia, vel culpa arguitur, sed
immesum, quo à munditiæ creatricæ distant, inter-
uallum ostenditur.

Omnia ni- „ Extra regenerationem nulla fides, at sine fide impossibile est
hil Deo cō- „ placere Deo; recte sane; Quid tum? Ergo sine regene-
parata. „ ratione non condonantur peccata. Est. Ergo nulla
sunt natura venialia. Negatur consequentia. Natura
venialia, nec tamen natura, sed Dei misericordia, &
penitentia regenti remittuntur. Expendamus illud:
sine fide est impossibile placere Deo. An sine actuali,
an habituali? Sine fide actuali impossibile est placere,
ergo semper opus actuali fide, displicebis, quocunq;
momento desieris actualiter fiduciari. An sine habi-

tuali? Ergo ex antithesi habitualis fides sufficit, vt
placeas Deo, ergo est fides iustificans.

Deinde quicquid sine fide est, peccatum est. An si-
ne actuali? vt si quis egeno largitione pecuniæ subue-
niat, nec actualem fidenciam habeat, peccet mortali-
ter? At hoc absurdum est. Si quicquid sine fide habi-
tuali peccatum est, ergo quod cum ea fit, si ex se opus
bonum sit, non est peccatum? Ergo fides habitualis
imputatur ad iustitiam. Nullo ergo effugio euadere
possunt, vt illæ ipsæ Scripturæ, & tabulæ, quas in sub-
sidium proferunt, non sint suorum auctoribus aduersæ.

§. 4. Argumentum Bellarmini in hunc modum
concludit. Manifestum constitutum facit reum gehennæ ignis. Dum co-
ac per hoc peccatum mortale. Iracundia sono vocis expressa, sed soluitur
ad malum constitutum non pertingens, facit reum Concilij, id est, peccatum
non constat, an mereatur gehennam. Quorum enim cogitur sit dignum
Concilium ad discernendum, num aliqua culpa, gehennæ ignis gehennæ,
punienda esset, nisi quadam peccata leuiora essent, quam vt ita aliquod ti-
lem penam mereantur? Rursus iracundia, quæ nullo signo ex-
terno foras erumpit, non facit reum Concilio, sed iudicio, hoc esse signu-
est, non constat an mereatur aliquam penam, an nullam. Le-
uiores autem illa pena cum non sint gehennæ ignis, consequi-
tur temporarias esse.

Cauiantur aduersarii, & Pareus imprimis. Depra-
uata versio vt Bellarminum. Verum iam ante o-
stendi Græca olim ita habuisse; Deinde Calvinus
in commentario nostra versione vsus est: atque ad-
e etiam Lutherus omisit. Quod vero ait barba-
rum esse, reus iudicio, Legat Valentinum Gentilem, de Veris re-
latinitate veteris versionis, tam facile interpretem no-
strum more Græco loquentem, & ex-
censabit, quam suam inertiā acculabit.

Pergit ille. 3. Anima qua peccauerit morietur. Ezech. 18.
4. Omne ergo mortale.

4. Math. 5. v. 25. Homicida reus est iudicij, id est, mortalis
delicti: ergo iudicium indicat grauem penam.

5. Ob omne iracundia genus reconciliationem ab aduer-
sario querere iubemur: secus æterno carcere multandi, ergo om-
nes illi gradus mortales.

Ad quæ respondeo ad 3. Ezechiel de granibus pec-
cat' agit, quæ v. 6. 7. 8. & seq. enumerat. Sensus ergo quæ mor-
anima quæ morte dignum crimē admiserit morietur. taliter pe-

Ad 4. Non eodem modo accipi iudicium in Scri-
ptura constat, aliquando mortis penam, aliquando tur-
iudiciale disceptationē, cuius finis tam absolutio,
quam damnatio rei. v. 22. ita accipiendum docent cæ-
tera duo membra, diuersissimas penas habentia.

Ad 5. Non omne genus iracundiæ reconciliationem
cū aduersario requirit. Verba v. 25. sunt: Esto cōsen-
tiens aduersario tuo, & uiuam, vel uiuam; vt noster legis vi-
detur, & probat Beza, qui interpretatur; edi in gratiā, &
fac ut sis amicus. Nec monet (inquit) tantū, vt anima bene re-
limus aduersario, sed vt cū eo transigamus: quod fiet si cū ipso col-
locuti reuocemur. Ex quo loco sic aduersariū cōuincit.

Versu 25. aduersarius comprehendi vult omne ge-
nus iracundiæ, & ideo dignū esse carcere, h. e. damna-
tione æterna. At Christus quoddam iracundiæ genus
excludit, ergo illud non pertinet necessario ad carce-
rem æternum. Assumptum probatur. Tantum intel-
ligitur illud iracundiæ genus, quod requirit amicitia
per colloquutionem, & transactionem, cum aduersa-
rio redintegrationem. At non omne genus iracundiæ cōuincit
talem reconciliationem exigit. Quis enim si subita ef-
feruescentia exarferit, si minima itæ cogitatione pul-
satus fuerit, si leuissimo verbulo quasi offenderit, ad ex-
transactionem sub æternæ damnationis pena tene-
tur? Non omnis igitur huc pertinet iracundia. Super-
est de רָחַץ רֵעֵה רַחֵם Ralchagh, ragha, reka dicere,
sed monitus à suis errorem Beza correxit, correctum
exemplar defuit Bellarmino; priore enim vsus est, &
quod inuenit vitii, non tacuit.

§. 5. Etiam

VERSUS 24. 25. 26.

Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ad altare, & vade prius reconciliari fratri tuo; & tunc veniens offeres munus tuum.

QVÆSTIO I.

Quenam sit reconciliationis obligatio?

§. 1. **O**prime sensum expressit Syrus, si recordatus fueris, fratrem habere contra te inimicitiam aliquam. Hæc igitur reconciliatio non est necessario querenda, cum frater iniuria se affectum nescit, posset enim exasperari. Deinde non hic agitur de condonanda iniuria, sed de satisfaciendo offensæ: quamvis eadem sit lex condonandi iniuriam sibi illatam, & satisfaciendi læsi.

Lex igitur est posita vniuersis. Iniuriæ veniam petere. *Mee est potestas*, inquit Hier. l. 2. contra Pelag. c. 4. *ut non habeam aliquid contra fratrem meum, ut autem ille aduersus me habeat, aut non habeat, in illius voluntate consistit.* Quid ergo faciam si ille reconciliari noluerit? obsequium? flectam genua? sed audire contemnet. An oborto reconciliari collo nolentem in ius amicitia traham? Ecquæ est maior inimicitia, quam amicitias necessitate sociare? neque enim dixit: roga eum ut tibi concilietur: sed reconciliare primum fratri tuo; & sic offers munus tuum ad altare, non quod impossibilia Deus præceperit: sed in tantum patientia culmen ascendit, ut prope impossibilia pro difficultate nimia præcepisse videatur, ad destruendam sententiam tuam; qua scribis facilia esse Dei mandata. Hoc vero omnibus sacrificiis & holocaustis est præstantius. Ideo sacrificium ad tempus est omittendum, ut caritas sanctiatur.

§. 2. Lex illa naturalis est; Nam si retum, famæ, Obligatio corporis detrimentum intulit, compensare tenetur. Si conuitium dixit, retractare, veniam petere: quæ quidem res ut necessaria est, ita humanæ arrogantia naturalis. ardua, quæ odisse, quos læsit, constanter allolet; Nam inimicos æstimat, ideoque victores, quocirca non esse expetit.

§. 3. Nec modo qui iniuriam attulit, reconciliatorem petere; sed etiam qui passus est, ignoscere peccatori tenetur. Ita non modo sancti patres, sed etiam Scholastici doctores constanter asseuerant, ut appareat grauissimam esse calumniam; qua nos accusant, quasi externis operibus intenti, animorum sanitatem negligamus.

Hæc vero sunt nostrorum decreta.

1. Inimicos, qui nos odio prosequuntur, tenemur inimici de ex caritate diligere. Ita D. Thom. 2. q. 25. art. 8. & 9. ligendi. Ex Aug. l. 1. de doctr. Christ. c. 22. Vide omnes in D. Th. interpretes. Proximum enim nomine comprehenduntur.

2. Inimicis proinde beneficia, & amorem re ipsa exhibendum.

3. Si inimicus occurrat, non tenetur quem ille offendit, alloqui aut salutare: Nam hoc tale signum est caritatis, quod omnibus proximis non solet exhiberi: non semper nec ergo tenerur inimico.

4. Multæ tamen occurrunt circumstantiæ, qui Inimicus bus illa caritatis non fictæ indicia sunt demonstranda. Sape salu-
H 3 Ut si tandum.

QVÆSTIO II.

An illo procepto, Non occides gladii usus magistratui inhibeat?

§. 1. **I**ta quidem Anabaptistæ, sed eos omnis antiquitas orthodoxa, & hærese nonitas simul condemnauit. Occidere enim propria auctoritate nemini potest. Magistratus à Deo gladium accepit. Et legislator, qui dixit: non occides, etiam dixit: Maledictus non finis vivere; ille adulteros lapidari, homicidæ sanguinem fundi imperauit.

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

§. 1. Etiam singula carpit. Reum esse Consilij, græce *synedrij*, seu confessorij diuini non potest esse panam ambiguum mereri. Quid enim absurdius, quam Deo iudicij ambiguum esse, quod peccatum, quam panam mereatur?

Respondeo. Ambigua profecto non est calumnia aduersarij, quamuis absurda. Non dixit Bellarminus. Ambiguum panam mereri, non dixit Deo iudicij ambiguum esse. Et tamen hoc si diceret, culpam non posset. Cum toties Scriptura *deus deus* Deum querentem, disputantem, consultantem inducat. Non quod omnificia natura, cui rerum ordinatissima series ad motum vsque puluisculi præsens est, dubia hæsitatione de iure, vel euentu deliberet, sed ut nostra nos peccata æstimare & discernere valeamus. Attentos ergo nos esse illa ciuiliu iudiciorum à Christo proposita imitatio monet. Conuitium docet esse mortale: Si verbo leuiore insonuit iracundia, iam omnino quid in peccatum est, sed non continuo mortale, quale vero, Concilium æternæ sapientiæ discutit. Si tacita fuit ira, iudicium Dei vel leuem vel grauem, vel etiam nullam esse culpam decernit. Hoc ergo iudicium stat, caditque reus. Si rationem occupans motus, nullum crimen erit, alias magis minuitur pro deliberationis maturitate, & vindictæ, quæ apponitur, grauitate.

Aduersarius idem sentit, & dicit, sed furore cæcus, qui omnia Bellarminiana carperet obstinavit, dicit à se aliquando veritatem sum pœnitet. Pag. 94. Esse varios gehennæ cruciatum, de quibus frustra Concilium non habetur. Humanitus loquitur Dominus de Dei iudicio. Cur non retorquet Bellarminus: Quid absurdius quam Deo iudicij ambiguum esse quod peccatum mortale, quos gehennæ cruciatum mereatur. Quod responderet Bellarmino, sibi responsum putet.

Constat ergo iudicio Dei, sed diuinitus loquendo, non constat humanitus loquendo. Constat Deo, sed quasi non constet, loquitur, ut cõstet & nobis. Quorsum tandem hæc? Ut sic verba Domini ex glossa Caluianiana explicemus. Reus erit iudicij, id est gehennæ, reus erit Concilij, id est gehennæ, reus erit gehennæ ignis, id est, gehennæ grauiusimæ. Quali vero cum graui peccato attribuit gehennam, in leuioribus, aliam prænam nominando, non eam negauerit, quæ soli grauiori decernitur. Cur enim non vno verbo, omnia minima parua, mediocria, magna, maxima, inferis delegauit?

Sunt diuersæ gehennæ ignis: quia conuitium illo igne punitur, & sine dubio homicidium, quod est grauius conuitio. Non tamen de ira simplice id Dominus asserit. Si enim nullum est peccatum non dignum gehennæ ignis, cur eam soli dicenti; fatue, delegauit: De Raca, & Gehennæ, quia alius locus est proprius, agere nunc superuacuum est. De Concilio, Syndectio, vide Maldonatum nostrum, & Baronium.

Calu. in-
ista, non
magistra-
tum ex-
cutionis
perant.